

*Evangelium Lucae 16. capit:*

**I**ESUS dicebat ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat, &c.

### EXORDIUM.

**U**Nusquisq; nostrum pro se rationem reddet DEO. Idem testatur Christus in hodierno Evangelio. Affirmat enim nos omnes esse dispensatores Dei, quibus audienda vox divina, Redde rationem, &c. *Rom. 14.* **D**eus mus itaq; operam, ut fideles inveniamur. *1. Cor. 4.*

### NARRATIO.

**S**Copus Evangelij hodierni, patet ex ipsius ore Christi. Declarat enim se ipsum, & ostendit se conqueri de segnitie Christianorum, suosq; Christianos adhortari, ut majori post hac conatu caelestia quærant, cum tanto sudore homines mundani (ut liquet exemplo iniqui hujus dispensatoris) divitijs ac rebus caducis inhiant. Docendi itaq; gratia:

I. *Parabolam ipsam, cum ipsius explicatione.*

II. *Parabole applicationem considerabimus.*

DE